

Ad

LECTOREM BENEVOLUM.

J. O.

HAbes jam L. B. in compendio,
qvod B. Dn. SCHOMERUS medita-
tus qvondam est & præscripsit in
doctrina morali, qvâ nihil homini utilius,
nihil magisconveniens. Theologus ille
fuit per omnes partes insignis & incom-
parabilis, non in uno sed in omni scien-
tiarum genere excellens & versatissimus.
Eâ qvippe ingenii felicitate fuit, eâqve
mentis acie, ut non tantum rem omnem
facile perspicere, sed in qvosvis etiam pos-
set recessus profundius penetrare, verita-
temqve explicare qvam planissimè. Adeo
nihil ipsi defuit sive ad virtutem sive ad
laudem Magni Theologi, nisi vita diutur-
nior, qvâ qvæ animo complexus erat,
etiam potuisset ipso opere perficere. E-
reptus qvippe est rebus humanis in ipso
flore & robore ætatis suæ; in eo tamen
felix etiam post fata sua, qvod *Magnum*
Theo-